



1. Reichard / Elie Carp. / geburtsdag gratulation auf den Hochzeitstag
in Dantmarc, 1790.
2. geburtsdag gratulation auf den Hochzeitstag
Chr. Ernst zu Raesfeld, 1794.
3. englischer auf Herzog frantz pfarr
zu Dufft Coburg 1794.
4. Lange / Joh. Fried. / geburtsdag gratulation
auf graet Chrysti. Ernst zu Döllitz.
5. Henrici / paul Chr. / geburtsdag 1794 gratula
tion zum Christus in Deneham, 1745.
6. — englisch 1795.
7. Döllitz / Joh. Martin graet b. / gratulation
an den neuen Schenk Döllitz 1795.
8. Ingliß, der studirenden in Altona, 1795.
9. Kirchhoff / Joh. Heinr. / Ingliß, 1795.
10. Wiegand / Carl Chr. / geburtsdag gratula
tion zur graet Chr. Fried. zu Döllitz 1796.
11. Schütze / Heinr. Car. / Ingliß 1796.
12. Eberhard / Joh. Petri / Ingliß 1796
13. des Magistrats in Cöthen gratulation zur
Vermaffung graet H. E. zu Döllitz 1792.
14. Sander / Joh. Andre. / Ingliß Lateinisch 1792.
15. Worth / Lebre. Henr. / Ingliß 1792.

SERENISSIMI
REGIAE CELSITVDINIS PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

F R I D E R I C I

DANIAE, NORWEGIAE, VANDALORVM, GOTHORVMQVE
HEREDIS, DVCIS SLESVICI, HOLSATIAE, STORMARIAE,
ET DITHMARSIAE, COMITIS OLDENBURGI
ET DELMENHORSTI, RELIQVA;

CVM
SERENISSIMA
REGIAE CELSITVDINIS PRINCipe AC DOMINA
DOMINA

L V D O V I C A

AVGVSTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS

GEORGII II. FILIA

AVSPICATISSIMVM CONIVGVIM
D. X. NOVEMB. A. c^hl^o CCXLIII.

HANNOVERAE FELICISSIME CONSVMMATVM
DEVOTISSIMA SVBMISSISSIMAQUE CONGRATVLATIONE

AB
ORNATISSIMO ET INGENII DOCTRINAEQVE LAUDIBVS
FLORENTISSIMO IVVENE

P H I L I P P O L V D O V I C O C O M P E
CELLERFELDENSI HANNOVERANO SACRARVM LITTERARVM
CULTORE

PROSEQVENDVM

INDICIT

C H R I S T I A N V S B R E I T H A V P T
ELOQ. ET POES. P. P. ORDIN.

HELMSTADII LITTERIS DRIMBORNIANIS.

Ak

Quamuis quidem semper magnorum Principum felices in rebus gerendis successus omni laude atque applausu digni fint, nescio tamen, an vllum maius ciuibus suis lætandi argumentum præbere possint, quam si felix inceat coniugium. Quemadmodum enim ex eiusmodi fausto amoris födere innumera pæne & plane eximia in populum redundant commoda; ita etiam hæc iis omnibus tanto iucundiora esse debent, qui corum simul fiunt participes. Nam ita a natura comparatum est, vt, quo maiora sunt bona, quibus fruimur, eo intimior etiam sit lætitiae sensus, quem ex illorum possessione vel vsu percipimus. Priuatorum coniugio priuatis rebus consulitur: connubia vero principum ad salutem omnium tendunt, qui subsunt imperio: etiam ad finitimarum exterorumque plurium, qui inde commodo non incerto adficuntur. Quocirca quid regnis atque populis coniugiis, a principibus suis auspicio initis, salutarius atque fructuosius sit, non video. Legi saepè in historiarum monumentis, grauissimas lites & controuersias, quæ nulla vi, nullisque armis componi potuere, hoc vnico medio inter gentes quam facillime fuisse decisas. Animaduerterit idem, connubiorum vinculo integras nationes non solum tam arcto amicitia nexu copulatas, vt se mutuo amarent, & pacem atque tranquillitatem inter se colerent: sed potentissima etiam & longe diffita regna ad peregrinas plane familias, quæ antea ius successionis in iis non habebant, saepè fuisse translata. Quam longe autem hæ, quæ ex felicibus summorum Principum matrimonii vtilitates resultant, se expandunt: tam late etiam se diffundunt damna ista, quæ ex infelicitate contraictis connubii oriuntur. Quid enim tristius, quam si duo vniuersitatem coniuges, qui diuersis sunt moribus, & se inuicem sincero amore non prosequuntur? quid funestius, quam si illi ipsi, quorum officium erat, dissidia coorta omni modo suppressere, ea ipsa inter se alant? aut me omnia fallunt, aut obseruo huiusmodi quid in historia imperatorum in primis Græcorum. Non putto, hoc vaftissimum & potentissimum imperium tam facile cor-

ruere

ruere potuisse, & satis adhuc virium habuisse, hostibus suis refendi, nisi intestinis discordiis, quæ inter imperatores & horum coniuges regnabant, dilaceratum, & successisse hoc modo ad incitas redactum fuisset. Quæ cum ita sint, quanta hæc est summi Numinis clementia, quod Serenissima Domus Brunsvicensis semper fere ab hoc infortunio immunis fuerit, & numquam cum aliis gentibus alia contraxerit matrimonia, quam quæ vtrique pacifcentium parti gloria & salutaria fuerunt! Non est, quod copiosa exemplorum, ex antiquitate desumptorum, farragine dicitis fidem conciliem. Recentissimum, quod his diebus demum contigit, exemplum instar omnium est, & neminem nostrum de huius rei veritate dubitare sinit. Quando enim Serenissimus Regiae Celsitudinis Princeps ac Dominus, Dominus FRIDERICVS, Daniæ, Norwegiæ, Vandalorum, Gothorumque heres, Dux Slesuici, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, Comes Oldenburgi & Delmenhorsti, reliqua; Serenissimam Regiæ Celsitudinis Principem LVDOVICAM, Augustissimi Magnæ Britanniæ Regis GEORGII II. filiam, Dominam nostram clementissimam in celsissimi thori consortium, rite factis connubiorum auspiciis atque ceremoniis cum vtrius gentis applausu adsumsit, ecquid vtrique Augustissimæ Domini Regiæ salutarius lætiusque contingere potuisset? Tanta enim in vtroque SERENISSIMO CONIVGE est animorum consensio, tanta morum virtutumque similitudo, vt in duobus corporibus vna anima habitare videatur. Quapropter nullum dubium est, quin ex tam felici matrimonio vtriusque regni incolæ imposteriorum insignia plane percepturi sint emolumenta. Agnoscant etiam id probe omnes, quotquot tantis Principibus obsequio obstricti sunt, haecque de causa adeo in gaudia disfluunt, vt publica lætitia testificatione alter alterum præuenire studeat. Exemplo iam nobis est Iuvenis doctrinæ ac indolis præstantia eximus PHILIPPVS LVDOVICVS COMPE, Cellerfeda-Hannoueranus, sacrarum litterarum sedulus cultor, qui conterraneorum suorum in gratulando feroore accensus nec

fibi filendum esse putauit, sed, quantam & ipse ex hoc felici
euentu ceperit lætitiam, publice declarare constituit. Præstabit
hoc solemni & eleganti oratione teutonica, proprio Marte elab-
orata, qua SERENISSIMIS SPONSIS submississime gra-
tulaturus pauca simul de præcipuis mediis, quibus status alicuius re-
gni in perpetuo flore conservari possit, in medium proferet. Non
eam de se habet persuasionem, vt existimet, se Tantorum Principi-
um laudes dicendo æquare posse, quas nemo vel cogitando ad-
sequatur: sed subiectissimæ pietatis suæ specimen datus hanc,
quæ sibi ex improviso offerebatur, commodam occasionem di-
mittere noluit. Per biennium ille, commendabilis exempli ciuis,
vixit in hac Academia: & quamvis se sanctiori doctrinæ proprius
addixerit, alia tamen simul studia, quæ in vita ciuili non leuem
habent utilitatem, coluit enixe, eosque iam in bonarum littera-
rum studio fecit progressus, vt in exemplum aliis proponi possit.
Quapropter tanto minus dubito, quin Magnificus Academiæ
PRORECTOR, Excellentissimi **PATRES CONSCRIPTI**, honora-
tissimi litterarum **FAVTORES**, **COMMITITONES** genere, doctri-
na & virtutibus præstantissimi eo facilius precibus meis locum sint
daturi, & orationem eius, crastino die hora X. in Iuleo Maiori
habendam, illustri sua præsentia, & beneuola auscultatione co-
honestaturi. Habebunt pro isto exhibito honore non tantum
oratorem meum, sed etiam me ipsum ad quæuis officiorum ge-
nera, quavis data occasione declaranda, vicissim quam paratiſſi-
mos. Quod restat, Deum immortalem precor, vt feruet vniuer-
sam Augustam & Serenissimam Domum Brunsuicensem, faciat
que clementer, vt huius auctoritate atque potentia, non depositis,
sed abiectis armis, temploque Iani clauso, propediem Ger-
maniae pax restituatur, & placidæ pacis artes latius efflorescant.

P. P. in Regia & Ducali **IVLIA** d. Nouembr.

cloio CCXLIII.

R. II. L. 1.
Nro. 2.

R. II. L. 1.
Nro. 3.

78 M 362



58

Hab. 1; 3; 30; 101; 107; 112; 113; 114;

20

SERENISSIMI
REGIAE CELSITVDINIS PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

F R I D E R I C I

DANIAE, NORWEGIAE, VANDALORVM, GOTHORVMQVE
HEREDIS, DVCIS SLESVICI, HOLSATIAE, STORMARIAE,
ET DITHMARSIAE, COMITIS OLDENBVRGI
ET DELMENHORSTI, RELIQVA;

CVM
SERENISSIMA
REGIAE CELSITVDINIS PRINCIPE AC DOMINA
DOMINA

V D O V I C A

IMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS

GEORGII II. FILIA

CATISSIMVM CONIVGIVM

L. NOVEMB. A. c^{lo} Is CCXLIII.

ERA FELICISSIME CONSVMMATVM

SVBMISSISSIMAQUE CONGRATVLATIONE

AB
T INGENII DOCTRINAEQUE LAVDIBVS
ORENTISSIMO IVVENE

O L V D O V I C O C O M P E

NSI HANNOVERANO SACRARVM LITTERARVM
CVLTORE

PROSEQVN'DVM

INDICIT

A N V S B R E I T H A V P T
LOQ. ET POES. P. P. ORDIN.

ADII LITTERIS DRIMBORNIANIS.

Farbkarte #13

